Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

nobis nullus est usus obseruant. ea autem inquib: nrc spes fructus est ne
gligunt. et ideo peccatu grande committunt dum meliora despiciunt.
et tamen ipsi peccato abolito pmittitur. si misericordia consequat. Breuiter
autem unam eorum multa prestringit. qui uitiorum fructuum decimis conse
rendis omne studium impendunt suum. nec ullum futuri iudicii metum. nec
aliquam dei habeant caritatem cum opera sine fide uana sint. Preterea
omni iudicium et caritatem dei iudicium. ideo quia non omnia que agunt in
iudicium referunt. Caritatem ideo quia non ex affectu dei diligunt. Si
ne rursus fides nos studiosos faciat operum negligentes. perfectionem fide
lis uiri breui sermone concludit. ut fide et operib: perfecti dicens. Et hec
oportuit facere. et illa non omittere. Arrogantiam quoq: iactantiam q: redar
guit iudeorum. dum primatus ad cubitum in conuiuiis appetunt. In ipsos
quoq: pertinet legis diuinationis sententia pnunciatur. qui quasi sepul
chra que non apparent specie fallunt usq: q: decipiunt. ut cum foris spe
ciosa pmittunt. intus plena ossa putoris includant. Quod faciunt
pleriq: doctores qui ab aliis erigunt. quod ipsi non queant emulari. et
ideo ipsi monumenta sunt. sicut et alibi dictum est. Sepulchrum patens
est guttur eorum. Bonus etiam locus aduersus superstitionem uanissimam
iudeorum. qui edificando sepulchra prophetarum patrum suorum. facta dam
nabant. emulando autem patrum scelera in ipsos sententiam retorquebant
Et enim prophetarum edificatione tumulorum. sceleris eos qui occiderant
arguebant. et similium emulatione factorum se quoq: declarabant pa
terne hereditatis heredes. Non igitur edificatio sed emulatio loco cri
minis estimatur. Hi eq: enim possunt hereditarie iniquitatis uinculo
absolui. qui dei filium crucifigendo. quod grauius est patrum cumulum
sceleribus addiderunt. Et ideo bene alibi addidit. Implete mensuram
patrum uestrorum. quia nihil est ultra dei iniuriam grauius peccare quod
possint. Propterea mittit ad illos sapientia apostolos et prophetas. Quis est
sapientia. nisi xpc. Denique in matheo habes. Ecce ego mitto ad uos